Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Ecce tu pulchra es amica mea · ecce tu pulchra oculi tui columbarum · sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias Aliud Favus distillans labia tua sponsa et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris · Oratio

Famulorum tuorum quesumus domine delictis ignoscere · ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus genitricis filii tui domini nostri dei intercessione saluemur · Per eundem · Alia

Concede nobis quesumus omnipotens deus · ad beate Marie semper virginis gaudia eterna pervenire de qua nos venerande assumptionis tribuis annua sollempnitate gaudere · Per · Alia oratio

Veneranda nobis domine hujus diei festivitas ope deferat salutare · in qua sancta dei genitrix morte subiit temporale · ne tamen necribus mortis deprimi potuit · que de se virginem filium tuum dominum nostrum Jhesum xpm genuit in carnatum · Qui cum eo · Deus

Data domine in ecclesia tua spiritum tui beati Laurencii levita suscitavit · ut eodem nos refulgente studeamus amare quod amavit et ope exercere quod docuit · Per · Adesto ecclesie tue domine beati Agapiti martyris tui Agapiti martyris

Devisa suffragiis atque eius precibus gloriosis et devota permaneat et semper consistat · Per · Timothei et Symphoriani

Auxilium tuum nobis domine quesumus perpetuum impende · et intercedentibus sanctis tuis Timotheo et Symphoriano dexteram super nos hic perpetuam extende · Per · In vigilia Bartholomei ap.

Benedicto domine · Per · In vigilia · S. Andree · In die sancto pascha

Jam non estis hospites et advene sed estis cives sanctorum et domestici dei superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum ipso summo angulari lapide xpo Jhesu in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino ·

Deo gratias qui semper triumphat nos in xpo Jhesu et odorem